ciues euocat: atq; in oīb⁹ linguis ꝓegriñā colli-  
git ſocietatem: nō curās q̄cqd in moribus: le-  
gibus inſtitutiſq; diuerſū ē: quib⁹ pax ⁊ rena vt  
conquiritur vel tenetur: nihil eozum reſcin-  
dens vel deſtruens: imo etiā ſeruās ac ſeq̄ns:  
qđ licet diuerſum ſit in diuerſis nationib⁹: ad  
vnū tñ eūdemq; ſinē ⁊ rene pacis intendit ſi re-  
ligionē qua vn⁹ ſūmus ⁊ verus deus colend⁹  
doceſ nō ſpedit. Et n̄ etiā q̄ celeſtis ciuitas in  
hac ſua ꝓegriñatiōe pace terrena: ⁊ de rebus  
ad mortale hoīs naturā ꝓinentib⁹: hūanarū  
volūtati cōpoſitionū q̄rū ſalua pietate ac re-  
ligiōe cōcedit: tuctur atq; appetit: eāq; ⁊ rena  
pacē reſert ad celeſtē pacē: q̄ vere ita pax ē: vt  
rationalis dūtaxat creature ſola pax habēda  
atq; dicenda ſit: ordinatiſſima ſc̄ꝓ ⁊ concordif-  
ſima ſocietas fruendi deo ⁊ inuicē in deo: q̄ cū  
ventū fuerit: nō erit vita mortalis: ſed plane:  
certeq; vitalis: nec corp⁹ aiāle qđ dū corrupit  
aggrauat aiām: ſed ſpiritale ſine vlla indigen-  
tia ex oīmi pte ſubditū volūtati. Hāc pacē dū  
ꝓegriñat in fide h̄: atq; ex hac fide iuſte viuūt  
cū ad illā pacē adipiſcendā reſert q̄cqd bonarū  
actionū gerit erga deū ⁊ ꝓximū: qm̄ vita ciui-  
tatis vtiq; ſocialis eſt. La. XVIII.

Sap. 9

Quod autē attinet ad illā differentiā quā  
q̄ de academicis nouis varro adhibuit: q̄  
bus incerta ſunt oīnia: oīno ciuitas dei  
talem dubitationē tanq; dementiā deteſtat ha-  
bens de rebus quas mente atq; rōne comp̄e-  
hendit: etiā ſi parū ꝓpter corp⁹ corrupibile

i. Loz. 17. q̄ aggrauat aiām: qm̄ ſic dicit apoſtol⁹: expte

ſcinus: tamen certiffimā ſcientiā: creditq; ſen-  
ſibus i rei cuiuſq; euidentia quibus ꝓ corpus  
anim⁹ vtitur: quoniā miſerabil⁹ fallit qui nū-  
q̄ ꝓtat eis eē credendū credit etiā ſcripturis  
ſanctis: ⁊ veterib⁹ ⁊ nouis quas canonicas ap-  
pellamus: vnde fides ip̄a concepta eſt: ex qua  
iuſtus viuūt: ꝓ quā ſine dubitatiōe ambulam⁹. Abac. 1.  
q̄ diu peregrinamur a dño: qua ſalua atq; cer⁹ ⁊. Loz. 1.  
ta de quibſdā rebus quas neq; ſenſu neq; ra-  
tione ꝓcepimus: neq; nobis ꝓ ſcripturā cano-  
nicā claruerūt: nec ꝓ teſtes quib⁹ nō credere  
abſurdū eſt in noſtrā notiā ꝓuenerūt: ſine iu-  
ſta reprehenſione dubitamus. La. XIX.

Abil ſane ad iſtā ꝓtinet ciuitatē quo ha-  
bitu vel more viuendi ſi nō eſt ꝓtra diu-  
na ꝓcepta iſtā fidem qua ꝓuenit ad deū  
quiſq; ſectetur: vnde ip̄os q̄ ꝓbos quādo xpi-  
ani ſunt: nō habitū vel conſuetudinē victus q̄  
nihil ſpedit religione: ſed falſa dogmata ꝓ-  
mutare cōpellit. Unde illā quā varro adhibu-  
it ex cynicis differētiā: ſi nihil turpiter atq; in-  
tempanter agat oīno nō currat. Ex tribus ve-  
ro illi⁹ vite generib⁹ nicioſo: actuoſo: ⁊ ex vtro-  
q; cōpoſito: quib⁹ ſalua fide quiſq; poſſit i quo  
libet eoz vitā ducere: ⁊ ad ſempiterna ꝓemia  
ꝓuenire: intereſt tamē quid amore teneat ve-  
ritatis: qđ officio caritatis impendat. Hec ſic  
quiſq; debet eſſe ocioſus: vt in eodē ocio vtili-  
tatē nō cogitet ꝓximū: nec ſic actuoſus: vt con-  
templationē nō requirat dei. In ocio nō iners  
vacatio delectare debet: ſi aut in q̄ſitiō aut iū-  
tatio vitat: vt in ea q̄ſq; ꝓficiat: et cꝓ inuenerit  
teneat: ⁊ alteri nō inuideat. In actiōe x̄o non  
amād⁹ c̄honor in hac vita ſiue ꝓctētia: qm̄ oīa  
vana ſub ſole: ſi op⁹ ip̄m qđ ꝓ eun dēhonorē vel  
potentiā ſit: ſi recte atq; vtiliter ſit: i. vt valeat  
ad eā ſalutē ſbditorū q̄ ſm̄ deū ē: vñ iā ſup⁹ diſ-  
putauim⁹. ꝓꝓꝓ qđ ait ap̄l⁹. Qui epiſcopatū  
deſiderat: bonū op⁹ deſiderat. Exponē voluit  
qđ ſit epiſcopat⁹: q̄ nomē ē op̄is non bonoſo-  
ſecū ē em̄ atq; inde ductū vocabulū: qđ ille  
q̄ ꝓficiat: eis qđ ꝓficiat ſupintendit: curā eoz ſc̄ꝓ  
gerens. Epi q̄ ꝓe ſup⁹: ſcopoſ x̄o intēno ē. Er-  
go epiſcopin grece: ſi velim⁹: latine ſupinten-  
dere poſſum⁹ dicere: vt itelligat nō ſe eē epi-  
m̄ q̄ ꝓeſſe dilexerit nō ꝓrodeſſe. ꝓꝓꝓ a ſtudio co-  
gnoscendē veritatis nemo ꝓhibet: qđ ad lau-  
dabile ꝓtinet ocii. loc⁹ vero ſupio: ſine quo re-  
gi ꝓlius nō pōt: ⁊ ſi ita teneat atq; adminiſtrē  
vt decet: tamē indecenter appetitur. ꝓꝓꝓ:  
ocii ſanctū querit caritas veritatis: negociū  
iuſtū ſuſcipit neceſſitas caritatis. Quā ſar-  
nam ſi nullus imponit: ꝓcipiende atq; intuen-  
de vacandū eſt: veritati. Si aut imponit: ſuſci-

Eccl. 17

i. Di. 17



pienda est ppter caritatis necessitatē. Sz nec sic omnimō veritatis delectatio deserenda est ne subtrahat illa suauitas: et opprimat ista necessitas. La. XX.

q. Clamorem summū bonū ciuitatis dei: cū sit eterna pax atq; pfecta: nō p quaz mortales transeant nascendo atq; moriendo s; in qua imortales maneat nihil aduersi omni modo patiendo: quis est qui illā vitā vel beatissimā neget: vel in ei' cōpatiōe istā q; hic agē quantilibet animi et corporis externarūq; rez bonis plena sit: nō miserrimā iudicet? Quā tñ quicūq; sic habet vt eius vsum referat ad illū finē quē diligit ardentissime: ac fidelissime sperat: nō absurde dici etiā nūc beatus pōt: spe illa poti' q; re ista. Res vero ista sine spe illa beatitudo falsa et magna miseria est. Non em̄ veris animi bonis vtitur: qm̄ nō est vera sapiētia q; intentionē suā in his que prudenter discernit gerit fortit': cohibet tpanter iusteq; distribuit: non in illū dirigit finē: vbi erit deus omnia in oib' cōfirmitate certa atq; pace pscā. La. XXI.

Clapropert nūc est locus: vt q; potero breuiter ac dilucide expediā qd in secūdo huius opis libro me demonstraturū esse pmissi: fm definitiones quibus apud ciceronem vti scipio in libro de republica nunq; rempublicā fuisse romanā. Breuiter em̄ rempublicā definit esse rem populi. Que definitio si vera ē nūq; fuit romana republica: q; nūq; fuit res populi: quā definitionē voluit esse rei publice. Populū em̄ eē definiuit cetū multitudinis: iuris consensu et vtilitatis cōmuniōe sociatū. Quid autē dicat iuris consensū: disputādo explicat: p hoc ostēdens geri sine iusticia nō posse rempublicā. Vbi ergo iusticia vera nō ē nec ius pōt eē: qd enī iure sit: pfecto iuste sit. Qd autē sit iniuste nec iure fieri pōt. Nō em̄ iura dicenda sūt vel putanda iniqua hoīm cōstituta: cū illud etiā ipi ius eē dicāt qd de iusticie fonte manauerit: falsūq; esse qd a quibusdam nō recte sentientib' dici solet: id eē ius qd ei q; plus pōt vtile ē. Quocirca vbi nō est vera iusticia: iuris cōsensu sociat' cet' hoīm nō pōt esse et iō nec pōt iuxta illā scipiōis vel ciceronis definitionē. Et si nō pōt: nec res populi: s; q; liscūq; multitudinis q; populi nomie digna nō ē: ac p hoc si republica res populi ē: et plus nō ē: q; consensu nō sociatus ē iuris. Nō ē autē ius vbi nulla iusticia ē: pculdubio colligit: vbi iusticia nō est: nō esse rempublicā. Iusticia porro ea q; tus ē que sua cuiq; distribuit. Que igit' iusticia est homis que ipm̄ hominē deo vero tollit: et imundis demonib' subdit: hoc nō ē sua cuiq;

distribuere. An qui fundū aufert eius a q; emptus ē: et tradit ei qui nihil habet in eo iur: iustus ē: et q; seipm̄ aufert dñanti deo a quo fact' ē et malignis seruit spiritibus iustus est? Disputat certe acerrime atq; fortissime in eis dē ipis de republica libris adūsus iusticiā p iusticia: et quoniā cū pus ageret p iniusticie ptibus ptra iusticiā et diceret nisi p iniusticiā rempublicam stare augeri q; nō posse: hoc veluti validissimū positū erat iniustū esse: vt homies hoīb' dñantibus seruiāt: quā tñ iniusticiā nisi sequat' impiosa ciuitas: cuius est magna respública: nō eā posse puincijs impare. Responsum ē a pte iusticie ideo iustū esse q; talib' hoīb' sit vtilis seruitus: et pro vtilitate eoz fieri cū recte aliqd fit id est cū improbis aufert iniuriarū licentia: et domiti se melius habebunt: q; indomiti se habuerūt. Subditūq; est vt ista ratio firmaretur veluti a natura sumptū nobile exemplū atq; dictū ē. Lur igit' de' hoī: anim' impat' corp: rō libidini: ceterisq; vitiosis animi pnb'. Plane hoc exēplo satis edoctū ē: q; busda eē vtilē fuit: et deo quidē vt seruiat' vtile eē hoīb'. Seruus autē deo anim' recte imperat corpori: in q; ipō aīo rō dñio deo subdita recte imperat libidini: vitijsq; ceteris. Quapropter vbi hō dō nō seruit qd in eo putandū ē esse iusticie: quando qdē deo nō seruiēs nullo mō pōt iuste anim' corp: aut hūana rō vitijs imperare. Et si in hoīe tali nō ē vlla iusticia: pculdubio nec i hoīmū cetū q; ex hoīb' talib' pstat. Nō est hic q; iuris ille consensus q; hoīm multitudinem populū facit: cui' res d; esse respública. Nam de vtilitate quid dicā: cuius etiā cōmuniōe sociatus cetus hominū sicut sese habet ista definitio popul' nuncupat'. Quis em̄ si diligēt attendas: nec vtilitas sit vlla viuētū q; viuunt impie: sicut viuit omnis qui non seruit deo: seruitq; demonibus: tanto magis impijs quanto mag' sibi cū sint imundissimi spiritus: tāq; dijs sacrificari volūt. Tamē qd de iuris cōsensu diximus: satis esse arbitror: vñ appareat p hanc definitionē non esse populū: cuius respública esse dicat' in quo iusticia non est. Si em̄ dicunt non spiritibus immūdis sed dijs bōis atq; sanctis in sua respública seruisse romāos: nunq; eadē totiens repetenda sūt: q; iā satis. Imo vltra q; satis est diximus. Quis em̄ ad hūc locū per superiores huius operis libros puenit qui dubitare adhuc possit malis et impuris demōibus seruisse romāos nisi vel nimū stolid' vel impudentissime contentiosus? Sed vt taceaz quales sūt quos sacrificijs colebāt: in lege veri dei scriptū est. Sacrificās dijs: eradicabitur



# Liber

Ed m̄ n̄ d̄no tantū. Nec bor is igit; nec malis dijs  
 f̄ d̄ri. sacrificare voluit qui hec cum tanta commi-  
 natione precepit. La. XXII.  
 f̄ Ed r̄deri p̄t. Quis iste de? ē aut v̄nd  
 dignus probat cui deberent obtempa-  
 re romāi vt nullū deoz̄ p̄ter ip̄m colerēt sacri-  
 ficij. Abhagne cecitatis est adhuc q̄rere quis  
 iste sit de? Ip̄e est deus: cuius p̄phete p̄dixit  
 ista que cernim̄. Ip̄e est deus a q̄ r̄sum acce-  
 pit abraā: in semie tuo b̄ndicent̄ oīes gentes  
 Qd̄ in xp̄o fieri q̄ fm̄ carnē de illo semie exor-  
 tus ē. i. ip̄i qui remanserūt hui? nomis inimici  
 velint nolintve cognoscūt. Ip̄e ē deus cui? di-  
 uin? sp̄s p̄ eos locutus ē: quoz̄ p̄dicta atq; cō-  
 plera p̄ eccliam quā videm̄ toto orbe diffusaz̄  
 in libris sup̄ioribus posui. Ip̄e est de? que var-  
 ro doctissim? romanoz̄ iouē putat: q̄uis nesci-  
 ens qd̄ loquat. Qd̄ tñ iō cōmōandū putauit:  
 qm̄ vir tante scientie: nec nullū istū deū potu-  
 it estimare nec vilem. hunc em̄ cum esse cre-  
 didit: quem summū putauit deum. Postremo  
 ip̄e est deus que doctissim? phoz̄: q̄uis xp̄iano  
 rū acerrim? inimicus: etiā p̄ eoz̄ oracula q̄s de  
 os putat: deū magnū porphyrius cōfiterur.  
 Am in libris q̄s theo La. XXIII.  
 n logion phias appellat: in q̄bus exequit  
 atq; p̄scribit rex ad phiam princ̄iū: ve-  
 lut dina r̄sa vt ip̄a verba ei? que admodū ex  
 lingua greca in latinā iterp̄rata sūt ponāb̄. In  
 interrogati inq̄t que deū placādo reuocare pos-  
 sit vxorē suā a xp̄ianissimo. hęc ait x̄sib? apol-  
 lo. Deinde x̄ba velut apollinis ista sūt. Forte  
 magis poteris in aqua imp̄ssis lris scribere: aut  
 instans p̄nas leues p̄ acra vt auis volare: q̄s  
 semel pollute reuoces impie vxor̄ sensū. Per-  
 gat quō vult iamib? fallacijs p̄seuerans: et las-  
 cīvitatib? fallacissimis mortuū deū cantans:  
 que iudicib? recta sentiētib? p̄ditū: pessima in  
 spe iosis ferro vinc̄ta mors iterfecit. Deinde  
 post hos x̄sus apollinis q̄ nō stante metro lati-  
 ne iterp̄rati sūt: sibiūxit atq; ait. In his q̄dem  
 tergiuersationē irremediabilis sentētie eoz̄ū  
 manifestauit dicēs. Qm̄ iudei suscipiāt deum  
 magis q̄ isti. Ecce vti decolorās xp̄m: iudeos  
 p̄posuit xp̄ianis: cōfites q̄ iudei suscipiūt deū.  
 Sic em̄ exposuit x̄sus apollinis: vbi a iudicib?  
 recta sentiētib? xp̄m dic̄ occisū tāq̄ illis iuste iu-  
 dicātib? merito sit ille punitus. Uiderit qd̄ de  
 xp̄ovates mēdax apollinis dixerit atq; iste cre-  
 diderit: aut fortasse vatē qd̄ nō dixit dixisse iste  
 ip̄e p̄finerit: q̄s sibi p̄stet: v̄l ip̄a oracula int̄ se fa-  
 ciat cōuēire postea videbim̄. h̄ic tñ iudeos tā-  
 q̄ dei susceptores recte dic̄ iudicasse de xp̄o: q̄

eū morte pessima excruciatū cē cōfiterint. De  
 us itaq; iudeorum cui perhibet testimonium  
 audiendus fuit sic dicens. Sacrificas dijs era-  
 dicabitur: nisi domino tantum. Sed ad mani-  
 festiora veniamus: et audiamus q̄ magnum  
 deum dicat esse: iudeorum. Item ad ea que in  
 terroauit apollinem quid melius: verbum si-  
 ue ratio an lex. Respondit iquit versibus hec  
 dicens. At deinde subiecit apollini nis versus  
 in quibus et isti sunt vt quantum satis est in de-  
 decerpam. In deum verum inquit generato-  
 rem: et in regem ante omnia quem tremunt ce-  
 lum et terra atq; mare: et infernorum abdita  
 et ipsa nomina perhorrescunt: quorum lex est  
 pater quem valde sancti honorāt hebrei. La-  
 li oraculo dei sui apollinis: Porphyrius tam  
 magnum deum dixit esse hebreorum: vt deus  
 et ipsa numina perhorrescant. Lum ergo de-  
 us iste dixerit. Sacrificans dijs eradicator  
 miror: q̄ ipse Porphyrius non perhorruerit  
 et sacrificans dijs eradicator non formidauerit  
 Dicit etiam bona philosophus iste de christo:  
 quasi oblitus illius de quo paulo ante locuti su-  
 mus contumelie sue: aut quasi in somnis di-  
 eius maledixerint christo: et euigilantes eum  
 bonum esse cognouerint: digneq; laudauerint.  
 Deniq; tanq̄ mirabile aliquid atq; incre-  
 dibile prolaturus: preter opinionem inquit p̄-  
 fecto quibusdam videatur esse quid dicitur su-  
 mus. Christum enim diū p̄ssimum pronuncia-  
 uerunt: et immortalem factum: et cum bona  
 predicatione eius meminerunt. Christianos  
 autem pollutos inquit et contaminatos: et er-  
 rore implicatos esse dicunt. Et multis talibus  
 aduersus eos blasphemijs vtuntur. Deinde  
 subiecit: velut deoz̄um oracula blasphemanti-  
 um christianos. Et post hec: de christo atq; in-  
 inquit interrogantibus si est deus: ait hec: beate:  
 quoniam quidem immortalis anima post cor-  
 pus vt insidet nostri: a sapientia autem absca-  
 erat semper: viri pietate prestantissimi est illa  
 anima: hanc colunt alieni a veritate. Deinde  
 post verba eius quasi oraculi sui ipse contexēs  
 p̄ssimum igitur virum inquit eum dixit et ei?  
 animam sicut et alioz̄um piorum post obitum  
 immortalitate donatam: et hanc colere chri-  
 stianos errantes. Interrogantibus autem  
 inquit: cur ergo damnatus est: oraculo respō-  
 dit dea. Corpus quidem debilitantibus tor-  
 mentis semper oppositum est: anima autem  
 piorum celesti sedi insidet. Illa x̄o anima alijs  
 animabus fataliter dedit: quibus fata nō atti-  
 nuerunt deoz̄um optinere dona: neq; habere in



itum iouis immortalis agnitione errore implicari.  
 Terpropterea ergo dijs exosi: q; quibus fato no  
 fuit nosse deũ: nec dona a dijs accipe: his fata  
 liter dedit iste errore implicari. Ipe vero pius  
 in celũ sicut pij incessit. Itaq; hũc quide non  
 blasphemabis: miraberis aut hoim demẽtia  
 ex eo in eis facile p̄ceptis periculum. Quis ita  
 stultus est: vt non intelligat aut ab homie cal  
 lido eoq; xpianis inimicissimo: hec oracula su  
 ille p̄ficta: aut cõsilio simili ab impuris demõis  
 bus ista fuisse r̄isa: vt scz qm̄ laudat xpm̄ p̄pte  
 rea credant veracit vitupare christianos: at  
 q; ita si possunt intercludat viã salutis etne in  
 q̄ sit d̄sq; xpian? Sue q̄ppe nocedi astutie mil  
 leformi sentiũt nõ eẽ p̄trariũ si credat eis lau  
 dantib; xpm̄: dũ tñ credat etiã vitupantib; xpi  
 anos: vt eũ q̄ vitupã crediderit talẽ xpi faciant  
 laudatozẽ ne velit esse christian? Ac sic q̄uis  
 ab illo laudat: ab istoz tñ demonũ dñatu cuz  
 nõ liberet xps: p̄sertim q; ita laudat xpm̄ vt q̄  
 quis i eũ talẽ crediderit q̄ is ab eis p̄dicat xpia  
 nus verus nõ sit: s̄ fotinianus hereticus: q̄ tan  
 tũmõ hominẽ nõ etiã deũ nouerit xpm̄: et ideo  
 p̄ eũ saluus esse non possit: nec istoz mendaci  
 loquoz demonuz laqueos vitare vel soluere.  
 Hos at neq; apollinẽ vitupantẽ xpm̄: neq; he  
 caten possumus approbare laudantẽ. Ille q̄p  
 pe tanq; iniquũ xpm̄ vult credi quẽ a iudicib;  
 recta sententibus dicit esse occisuz: ista hoies  
 p̄ssimũ: s̄ hoies tñ. Tñã eẽ tñ et illius et huius  
 intentio: vt nolint hoies eẽ xpianos: quia nisi  
 xpiani erunt: ab eo; erui potestate nõ potest  
 iste vero philosophus: vel potius qui talibus  
 aduerfus xpianos quasi oraculis credunt pus  
 faciant si possunt vt inter se de ipõ christo he  
 cate atq; apollo concordet: eũq; aut abõ vitu  
 perent: aut ambo collaudet. Qd̄ si facere po  
 tuissent: nihilomin; nos et vitupatores et lau  
 datores xpi: fallaces demones vitarem. Luz  
 vero eo; deus et dea inter se de xpo: ille vitu  
 perando: ista laudãdo dissentiant: p̄fecto eis  
 blasphemantibus xpianos nõ credunt hoies:  
 si recte ipi sentiant. Sane xpm̄ laudã vel por  
 phyrus vel hecate: cũ dicat eũ ipm̄ de disse fa  
 taliter xpianis: vt implicarent errore: cas tamẽ  
 eiusdem sicut putat pandit erroris. Quas an  
 teq; ex verbis eius exponã: pus quero si fatali  
 a fara ñ ter dedit xps xpianis erroris iplicationẽ: vtrũ  
 iert. i. nõ volẽs: an nolẽs dederit. Si volẽs quõ iust?: si  
 nolẽs quõ b̄tũs? Sz iã cas ipi audiam error  
 Sũt inq; sp̄s fremi mini loco freno qdã malo  
 rũ demonũ ptate subiecti. Ab his sapiẽtes he  
 iouis i breoz quoz vnus iste etiã iesus fuit sic audist;

diuina apollinis oracula que superi dicta sũt:  
 ab his q̄ hebrei demõib; pessimis et miõibus  
 spiritibus vetabãt religiosos: et ipis vacare p  
 hibebãt: venerari aut magi celestes deos: am  
 pli aut venerari deũ p̄rem. Hec aut inq; et dũ  
 p̄cipiãt: et in supiorib; ostẽdim; quẽadmodum  
 ania duertere ad deũ monent et illũ colẽ vbiq;  
 vitupant. Terũ indocti et impie nature q̄bus  
 vere fatũ nõ cõcessit a dijs dona obtinere: ne  
 q; h̄re iouis immortalis notione: nõ audientes  
 et deos et d̄inos viros: deos qdẽ oẽs recusaue  
 rũt: phibitos aut demões nõ solũ nullis odijs  
 insequi: s̄ etiã reuereri delegerũt. Deũ aut simu  
 lãtes se colere: ea sola p̄ q̄ de; adorãt nõ agũt.  
 Itã de; qdẽ vt pote oim̄ pater nullius indiget  
 s̄ nobis est bene: cũ eũ p̄ iusticiã et castitatẽ ali  
 asq; vtutes adorãt: ipam vitã p̄cẽ ad ipm̄ fa  
 cientes p̄ imitationem et inquisitionem de ipõ  
 Inquisitio enim purgat inquit: imitatio deĩ  
 cat affectionem ad ipsum operando. Bene q;  
 dem p̄dicauit deũ patrem: et quibus sit colẽ  
 dus moribus dicit. Quibus p̄ceptis prophe  
 tici libri pleni sunt hebreozum: quando sancto  
 rum vita siue vituperatur: siue laudatur. Sed  
 in christianis tantum errat: aut tantuz calum  
 niatur quantuz volunt demones quos opina  
 tur deos quasi cuiquam difficile sit recolere q̄  
 turpia que dedecora erga deozum obsequium  
 in theatris agebantur et templis: et attendere  
 que legantur: dicantur: audiantur in ecclesijs  
 vt deo vero quid offeratur: et hinc intelligere  
 vbi edificii: et vbi ruina sit morum. Quis autẽ  
 huic dixit vel inspirauit: nisi diabolicus spiritus  
 tam vanum apertumq; mendaciũ q̄ demões  
 ab hebreis coli phibitos reuerentur por  
 usq; oderint xpiani? Sed deus ille quem colu  
 erunt sapientes hebreozum: etiã celestib; san  
 ctis angelis et virtutib; dei quos beatissimos  
 tanq; ciues in hac nostra peregrinationẽ mo  
 tali veneramur et amamus: sacrificari vetat:  
 in tonans in lege sua quam dedit populo suo  
 hebreo: et valde minaciter intulit dicens. Sa  
 crificans d̄s eradicator. Et ne quisquã  
 putaret demonibus pessimis terrenisq; spiri  
 bus quos iste dicit minimos vel minores: ne  
 sacrificetur esse p̄ceptum: quia et ipi in scri  
 pturis sanctis dicti sunt d̄i: non hebreozum s̄  
 gentium: quod euidenter in psalmo. lxxxv.  
 interpretes posuerunt dicentes. Qm̄ oẽs d̄i  
 gentiũ demonia. Ne quis ergo putaret istis q̄  
 dem demonib; phibitũ eẽ: celestib; aut vel oĩ  
 bus vel aliquib; sacrificari esse p̄missũ mox ad  
 didit: nisi dño soli: id eẽ nisi dño tantum: ne for  
 4

mortal. p  
 p̄terea igit  
 d̄i exosi. s.  
 xpianis q̄b;  
 fato ñ fuit  
 .i. ex fato p  
 missũ ñ fuit  
 nosse deuz  
 nec dona a  
 dijs accipe  
 bis fatalit  
 dedit iste. s.  
 xps errore  
 implicari. ip  
 se h̄o p̄ q;  
 ñ sp̄s s̄  
 fatalit fec  
 et ideo incessit. i  
 accessit i ce  
 lũ sicut p̄  
 itaq; hũc. s.  
 xpm̄ ñ blas  
 phemabis  
 p̄ h̄ indr.  
 De ipõ inf  
 rogãtib; s̄  
 ait hecate.  
 qm̄ qdẽ im  
 mortal aia  
 s. b̄iana p̄  
 coz p̄ vt ice  
 dit nostiq;  
 quoz plene  
 purgata sic  
 s̄ porphy  
 riu vt p̄z ex  
 p̄cedentib;  
 nõ reuerit  
 ad p̄rem s̄  
 reuoluit in  
 noua cozpa  
 vñ dicit. Et  
 sapia at ab  
 scisa. s. q̄  
 ñ purgata  
 plene sp̄ er  
 rat. s. rede  
 ũdo ad coz  
 porã. q̄tuz  
 ño ad aiaz  
 xpi subun  
 git dicens  
 Uiri piera  
 re prestan  
 tissimi est  
 ista anima  
 que scilicet  
 christi est.  
 hanc colũt  
 scz christia  
 ni. aliena a  
 se veritate  
 scz existẽte.





# Liber

zein eo qd ait dño soli: dominū solez credat esse  
quispiāz cui sacrificandum putat. Quod non  
ita esse itelligēdū in scripturā grecis facillime  
reperitur. Deus igit hebreoz cui tā magnū tan  
tus etiā iste phus phibet testimoniū: lege de  
dit suo populo hebreo: hebreo sermone cōscri  
ptam: nō obscurā et incognitā s̄ oib̄ iā gentib̄

Exo. 22.

dissimulata: in q̄ lege scripturā ē. Sacrificiās dñs  
eradicabit nisi dño tm̄. Quid op̄ est in hac ei  
lege: cuiusq; pphetis de hac re multa pquire  
re. Imo nō pquirere: s̄ dñs em̄ obstrusa vel rara sūt  
s̄ apta et crebra colligere: et in hac disputatiōe  
mea ponere: quib̄ luce clari⁹ apparet: nulli oi  
no nisi tm̄ sibi: deū verū et sūmū voluisse sacri  
ficari. Ecce hoc vnū breuiter: imo granditer  
minaciter: s̄ veraciter dictū ab illo deo: quē tā  
excellente eoz docuissimū pdicāt: audiat: time  
atur: impleat: ne inobediētes eradicatio cōse  
quat. Sacrificiās in q̄t dñs eradicabit: nisi dño  
tm̄: non quo rei egeat alicui⁹: s̄ qz nob̄ expedit  
vt res eius simus. Huic em̄ canis in sacris litte  
ris hebreoz: Dixit dño de me es tu: qm̄ bono  
rum meoz nō eges. Huius aut̄ pclarissimū atq;  
optimū sacrificiū nos ipi sum⁹. Hec ē ciuitas  
ei⁹: cui rei mysteriū celebram⁹ oblationib̄ no  
stris q̄ fidelibus note sūt: sic in libris pcedētib̄  
disputauim⁹. Lessaturas em̄ victimas quas in  
vmbra futuri offerebāt iudei: et vnū sacrificiū  
gentes a solis ortu vsq; ad occasum: sic iā fieri  
cerimū oblaturas p prophetas hebreos ora  
cula increpuere diuina. Ex quib̄ q̄tū satis vi  
sum ē nōnulla p̄ulim⁹ et iā huic iā opi asp̄im⁹.

Ubi s̄.

Ps. 15.

Quapropter vbi nō est ista iusticia vt fm̄ suaz  
gratiā ciuitati obediēti de impet vn̄ et sūm⁹  
ne cuiq; sacrificet nisi tm̄ sibi: et p̄ in oib̄ ho  
mib̄ ad eandē ciuitatē p̄tinētib̄ atq; obediē  
tib̄ do anim⁹ etiā corpi atq; rō vitij⁹ ordie le  
gitiō fideliter impet: vt quē admodū iust⁹ vn̄  
ita q̄t⁹ populūq; iustoz viuat ex fide q̄ opaf p  
dilectionē qua hō diligit deū: sic diligēdus ē de  
us: et pximū sic semetipm̄. Ubi ḡ nō est ista iusti  
cia pfecto nō ē cet⁹ hoim iuris p̄sensu: et vtili  
tis cōmuniōe sociat⁹. Ad si nō ē: vtiq; p̄s nō  
est: si vera ē hec populi definitio: ḡ nec republi  
ca ē: qz res p̄li n̄ ē: vbi ip̄e p̄s n̄ ē. La. XXIII

¶ I aut̄ p̄s nō isto: s̄ alio defini⁹ mō: ve  
lut si dicat: p̄s ē cet⁹ multitudis rōnalis  
rerumq; diligit concordī cōmuniōe sociat⁹ p  
fecto vt videat qualis q̄sq; popul⁹ sit: ista sunt  
intuēda q̄ diligit. Quēcūq; tm̄ diligit si cetus ē  
multitudinis: nō pecoz s̄ rōnaliū creaturarū  
et eoz q̄ diligit cōmuniōe cōcordī sociat⁹ ē: nō  
absurde popul⁹ nūcupat: tāto vtiq; melior: q̄  
to in meliorib̄: tantozq; deterior: q̄to ē in dete

riorib̄. p̄coris. Scdm̄ istā definitionē nostram  
romanus populus: populus est et res eius sine  
dubitatiōe respublica. qd̄ aut̄ p̄mis r̄pibus su  
is q̄duc sequētib̄ p̄s ille dixerit: et quib̄ mo  
bus ad cruentissimas seditōes: atq; inde ad so  
cialia: atq; cuius iā bella pueniēs: ipam p̄cordiā  
q̄ sal⁹ ē quodā mō p̄li rupit atq; corrupit: testa  
tur historia: de qua in p̄cedētib̄ libris multa po  
sum⁹. Nec iō tm̄ vel ipm̄ nō ēē populū: vel ei⁹  
rē dixerim nō ēē rempublicā q̄ diu manet qua  
liscūq; multitudinis rōnalis cetus rez q̄s dil  
git concordī cōmuniōe sociatus. Ad aut̄ de  
isto populo: et de ista republica dixit deathe  
niensū: vel quozūcūq; grecoz vel egyptioz  
hoc de illa p̄oz: babylone assyrioz qm̄ in rebus  
suis publicis impij vel pua vel magna tenuerit  
et de aliā q̄cūq; aliarū gentiū: intelligat dixisse  
atq; sensisse. Generaliter q̄pe ciuitas impioz  
cui nō impat de obediēdi sibi vt sacrificium  
nō offerat nisi tm̄ sibi: et p̄ hoc illa et anim⁹  
corpi rōq; vitij⁹ recte ac fidelit̄ impet: caret  
iusticie veritate. La. XXV.

¶ q̄ Tamlibet em̄ videat. anim⁹ corpi: et rō  
vitij⁹ laudabiliter impare: si tm̄ deo ani  
mus et rō ipa nō seruit s̄ sibi seruendū ēē ipse  
deus p̄cepit: nullo mō corpi vitij⁹q; recte impe  
rat. Nā qualis corpi atq; vitioz p̄t ēē mens  
dñs: veri dei inescia: nec ei⁹ impio subūgata: s̄  
vitiosissimis demonibus corrupentib̄ p̄stir  
ta: p̄o inde virtutes q̄s sibi h̄c videt p̄ quas  
impat corpi et vitij⁹: ad q̄libet adipiscendum  
vel tenendū retulerit nisi ad deū: etiā ipa vitia  
sūt p̄a q̄ virtutes. Nā licet a q̄busdā tūc ve  
re et honeste putent̄ ēē virtutes cū ad seip̄as re  
ferunt: nec p̄pter aliud expectent̄ tūc etiā ista  
te ac supbe sūt: rō nō virtutes syritia iudican  
da sūt. Sic ēē nō ēa carne s̄ sup carne qd̄ carnē  
facit viuē: sic nō ē ab hoie s̄ sup hoiez qd̄ hoiez  
facit beate viuere: nec solū hoiem: s̄ etiā quā  
libet p̄r̄te virtutēq; celestē. La. XXVI

¶ Ubi circa vt vita carnis aīa ē: ita beata  
q̄ vitahois deus est. De quo dicit sacre  
literē hebreoz: Beat⁹ p̄s cui⁹ ē dñs de ipi⁹.  
Miser igit p̄s ab isto alienatus deo diligit tm̄  
ip̄e etiā quandā pacē suā nō improbandā: quā  
quidē nō habebit in fine: qui non ea bene vit  
ante finem. Hanc autem vt interim habeat in  
hac vita nostra etiā interest: quoniam q̄ diu p  
mixte sunt ambe ciuitates: vt iur et nos pace  
babylonis: ex qua ita p̄ fide dei popul⁹ liberat⁹  
vt apud hanc interiz peregrinetur. Propter  
quod et apostolus admonuit ecclesiā vt ora  
ret pro regibus eius atq; sublimibus: addens  
et dicens: vt quietam et tranquillā vitam aga



mus cū omni pietate et caritate. Et p̄p̄ba hie re-  
mias cū p̄lo veteri dei v̄tūā p̄nūciaret capti-  
uitatē: et d̄nitus imparet: vt obedienter in ba-  
byloniā irent: deo suo etiā ista patiētia seruiē-  
tes: monuit et ip̄e vt oraret p̄ illa dicēs: q̄ in pa-  
ce ei⁹ ē pax n̄ra. Et itaq̄ interim t̄p̄alis pax que  
bonis malisq̄ cōis est. La. XXVII.

f. 29.

Ar̄ aut̄ n̄ra p̄p̄ria: et hic ē cū deo p̄ fidei  
p̄ et eternū erit cū illo p̄ speciē. S̄z h̄ siue  
illa cōis: siue n̄ra p̄p̄ria talis ē pax: vt so-  
laciū miserie sit poti⁹ q̄ beatitudinis gaudiū.  
Ipsa q̄ n̄ra iusticia q̄uis vera sit p̄pter verito-  
ni finē ad quē refertur: t̄n̄ tanta ē in hac vita vt  
potius pctōz remissioē constet: q̄ p̄fectioē vir-  
tutū. Testis est oratio toti⁹ ciuitatis dei: q̄ per  
egritatē in terris. Per om̄ia quippe mēbra sua  
clamat ad deū. Dimitte nobis debita n̄ra: sic et  
nos dimittim⁹ debitoribus n̄ris. Nec p̄ eis est  
efficax hec oratio: quozū fides sine opib⁹ mor-  
tua est: sed p̄ eis quozū fides p̄ dilectionē opaf̄.

ab. 6.

ico. 2.

iap. 9.

Quia em̄ deo quidē subdita: in hac t̄n̄ conditi-  
one mortali: et corpe corruptibili: q̄ aggrauat  
aiam: nō p̄fecte virtijs ratio impar: ideo neces-  
saria ē iustis talis oratio. Nā p̄fecto q̄q̄ impe-  
tur: nequa q̄ sine p̄sictu virtijs impar. Et vtiq̄  
aliquid subrept̄ in hoc loco infirmitatis etiam  
b̄n̄ cōsfigenti: siue hostib⁹ talib⁹ victis subditis:  
q̄ d̄nanti: vnde si nō facili opatione: certe labi-  
li locutione aut volatili cogitatione peccatur.  
Et ideo q̄ diu virtijs impar: plena pax nō ē: q̄  
illa que resistit piculoso debellat̄ p̄clio: et il-  
la que victa sunt nō dū securo triūphant̄ ocio:  
sed adhuc sollicito p̄munt̄ impio. In his q̄ tem-  
ptationibus: de quibus omnibus in diuinis elo-

Job. 7.

iat. 6.

co. 4.

pe. 5.

quibus breuiter dictū est. Nūquid nō temptatio  
est vita humana sup̄ terrā: q̄s ita viuere se pre-  
sumat vt dicēdo deo. Dimitte nobis debita no-  
stra: nō necesse habeat nisi homo elatus. Nec  
vero magn⁹ sed inflatus ac tumidus: cui p̄iu-  
sticia resistit qui gr̄am largit̄ humilibus. Pro-  
pter quod scriptum ē: Deus sup̄bis resistit: hu-  
milibus aut̄ dat gr̄am. Hic itaq̄ in vno quozū  
fidelis iusticia est: vt obedienter de⁹ homini: ani-  
mus corpi: ratio aut̄ virtijs etiā repugnātib⁹ im-  
peret vel subigēdo: vel resistēdo: atq̄ vt ab ip̄o  
deo petat: et meritoz gr̄a et venia delictoz: ac  
de acceptis bonis gr̄arū actio p̄soluat. In illa  
x̄o pace finali q̄ referēda: et cui⁹ adipiscēde cā-  
habēda ē ista iusticia: q̄m̄ sanata immortalitate  
atq̄ incorruptione natura vitia nō habebit: nec  
vnicuiq̄ n̄m ab alio: vel a seip̄o q̄c̄q̄ repugna-  
bit: nō op⁹ erit vt ratio virtijs que nulla erūt im-  
peret: s̄ impabit de⁹ hoī: anim⁹ corpi: tantaq̄  
obediēdi ibi erit suauitas et facilitas: q̄ta viuē-

di regnādiq̄ felicitas. Et hoc illic in oibus ho-  
bus atq̄ in singulis etnū erit: eternūq̄ eē ceri-  
tum erit: et ideo pax beatitudinis hui⁹: vel bea-  
tudo pacis hui⁹ sūmū bonū erit. La. XXVIII.

Orū aut̄ qui nō p̄tinet ad istā ciuitatē  
e dei: erit et ecōtrario miseria sempiterna  
q̄ etiā secūda mors d̄r: q̄ nec aia ibi vi-  
uere dicēda ē: que a vita dei alienata erit: nec  
corp⁹ q̄d eternis dolorib⁹ subiacebit. Ac per h̄  
ideo durior ista secūda mors erit: q̄ finiri mor-  
te nō poterit. S̄z q̄m̄ sicut miseria beatitudini  
et mors vite: ita bellū paci videt̄ eē cōtrarium:  
merito querit̄ sicut pax in bonozū finibus p̄de-  
cata ē atq̄ laudata: q̄d vel quale bellū in fini-  
bus malozū ecōtrario possit intelligi. Uex q̄ h̄  
q̄rit: attendat q̄d in bello noxiū p̄niciosūq̄ sit:  
et videbit nihil aliud eē inf̄ se q̄ rex aduersita-  
tem atq̄ cōsictū. Q̄d igit̄ bellū graui⁹ et ama-  
rius cogitari p̄t: q̄ vbi voluntas sic aduersa  
ē passioni: et passio volūtati: vt nulli⁹ eaz victo-  
ria tales inimicitie finiant̄: et vbi sic p̄sigit cum  
ipsa natura corpi vis doloris: vt neutri⁹ alte-  
ri cedat h̄ic em̄ q̄ cōtingit iste p̄sict⁹: aut do-  
lor vincit: et sensū mors adimit: aut natura vin-  
cit: et dolorem sanitas tollit. Ibi aut̄ et dolor p̄-  
manet vt affligat: et natura perdurat vt senti-  
at: quia vtrūq̄ ideo non deficit ne pena defici-  
at. At hos aut̄ fines bonozū et malozū: illos  
expetendos: istos cauendos: quoniā p̄ iudici-  
um transibunt ad illos boni: ad istos mali: de  
hoc iudicio q̄tū deus d̄nauerit in p̄siti volu-  
mine disputabo.

Explicitus est liber decimus nonus.

Incipiūt capitula libri vicesimi.

- i. Quis omni tempe deus iudicet i hoc  
tamē libro de nouissimo eius iudicio  
sit proprie disputandum.
- ii. De varietate rerū humanaz cui nō p̄t  
dici deesse iudiciū dei: quis nequeat  
inuestigari.
- iii. Quid in libro ecclesiastē salomō de his  
que in hac vita et bonis et malis sunt  
cōmunia disputauit.
- iiii. Quid differendū de nouissimo iudicio  
dei: noui p̄mū testamenti: ac deinde  
veteris testimonia platurus sit.
- v. Quibus sentētijs d̄ni saluatoris diuinū  
iudiciū futurum in fine sc̄li declaref̄:
- vi. Que sit prima resurrectio: q̄ secunda
- vii. De duab⁹ resurrectōib⁹ et d̄ mille ānis q̄d  
i apocalypsi Joānis sc̄ptū sit: et q̄d de  
eis rationabiliter sentiat̄.